



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris  
Petri Marchantii**

**Zurmöllen, Heinrich**

**Neuhusii, 1677**

Art. 4. A quo & qualiter approbatio Confessarij fieri debeat

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9734**

etens, determinatū judicium ferre de gradu malitiæ actus, an sit determinate peccatum mortale, vel veniale, sed sufficit ut gravitatem & qualitatem malitiæ dijudiceret, ubi casus non est plane & aperte propositus; quia tale determinatum judicium, quo ad gradum peccati & malitiæ est omnino impossibile.

## *Articulus Quartus.*

*A quo & qualiter approbatio Confessarij fieri debeat.*

I. **A**pprobatio est publicum & aucten-  
ticum judicium factum scripto vel  
verbo, aut alio signo ab habente potestate,  
de idoneitate & sufficientia Sacerdotis ad  
audiendas confessiones : & tamen actus  
natura sua plane distinctus à collatione ju-  
risdictionis, etsi simul ordinarie concur-  
rant: quia collatio jurisdictionis præsup-  
ponit approbationem sive judicium de i-  
doneitate. Approbatio vero hæc fieride-  
bet ab habente potestatem Episcopalem  
vel quasi Episcopalem. Quia Concil. Tri-  
dent.

dent. sess. 23. cap. 16. approbationem confessariorum, pro saecularibus etiam Sacerdotibus absolvendis restrinxit, ad Episcopos. Dicitur (*vel quasi Episcopalem*) propter regulares prelatos qui jurisdictionem quasi Episcopalē habent & ad eos examen & approbatio confessariorum pertinet pro regularibus sibi subditis. Approbatio autem hæc fit tribus modis, collatione beneficij parochialis, examine Episcoporum per se vel examinatores si necessarium judicetur: Demum per quosvis alios modos ex quibus idoneitas manifesta fieri potest. ita Concil. Trid. sess. 23. cap. 15.

2. Tenetur Episcopus eos qui parochiale beneficium obtinent si idoneos judicet approbare, vi enim officij sibi commissi jam jus habere noscuntur: Sacerdotibus autem saecularibus nullum pastorale beneficium habentibus, quamvis repertis idoneis potest Episcopus absque ulla causa denegare approbationem, quia hujusmodi approbatio respectu ipsorum est plane gratiosa, nec est qui conqueri justè possit & dicere cur ita facis: Porro Episco-

F 5 pite-

pi tenentur approbationem dare Regula-  
ribus privilegiatis per examen idoneis re-  
pertis, quia Regulares privilegiati privile-  
gio summi Pontificis jus ad dictam appro-  
bationem habent, supposita idoneitate per  
Episcoporum examen.

3. Ad approbationem autem simplici-  
ter & judicium idoneitatis confessariorū  
juxta Concil. Trident. sufficit approbatio  
facta ab Episcopo Confessarij: in ordine  
vero ad confessiones audiendas & absolu-  
tionem salvis privilegijs requiritur appro-  
batio Episcopi pænitentis. Quia nemo le-  
gitime absolvī potest nisi ab habente juris-  
dictionem in ipsum, solus autem Ordina-  
rius pænitentis potest talem jurisdictionem dare.

## *Articulus Quintus.*

### *De actibus Confessarij in tribunali pænitentiae.*

1. **T**Res sunt actus primarij Confessa-  
riorum, nemirum Examen rei sive  
pænitentis, judicium de gravitate sive levi-  
tate